FRANCKESCHE STIFTUNGEN

# Alte Drucke

## Dauidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Ivdicvm, Rvth, in Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ

### Chyträus, David

### Lipsiae, 1592

### VD16 C 2504 T. II

Vorderdeckel

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122

Visual Library



# PRORECTOR ET SENATVS
## ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS.

Amisimus, proh dolor, superiore septimana, vel potius in
cælestem et beatissimam vitam præmisimus, Reverendum et ce-
leberrimum virum, DAVIDEM CHYTRÆVM, Saxoniæ nostræ
ornamentum, lumen et columnam Academiæ, imo Patrem et Præ-
ceptorem nostrum: cui etsi vitæ cursus tam longus contigerit,
quanto spacio vitam humanam definit regius Propheta David,
cum ad 70 annos eam utplurimum excurrere testatur, tamen
merito ab unoquoque, cui Ecclesiæ et Academiæ salus et celebritas
cordi est, longissimum illud ab eodem definitum spacium vitæ




…osque dubio
…rum; qui
…filii obsequ.
…complures
…rimus
…etatis XV.
…Megapo-
…olam venit,
…ad Acade-
…idoneum
…tulit orbo-
…uarij in
…binga
…store, ab
…arum
…nit puer
…ltum et su-
…mo sexto
…niam Wi-
tebergensem id temporis Luthero et Philippo claram progressus, hæc
duo religionis et doctrinæ lumina et fulcra non solum diu et dilige-
ter audivit: quin et ipse anno ætatis 19. Locos communes Philippi ibi
publicè magno cum applausu interpretatus est, et ijsdem duobus lumi-
nibus ac Dno. Philippo inprimis ita carus fuit, ut eum in privatum
contubernium adsciverit, et omnino filij in morem dilexerit. A tanti igr
viri (qui postea ingenio et omnis eruditionis copiâ non minor ab
intelligentibus habitus est) manu et officinâ in hæc loca deductus, ex-
pectationi de se concitatæ primo statim adventu, et deinceps ita satis fecit
ut et admirationem sui ap[ud] o[mn]es excitârit mirificam, et tam pclare
per tot annos de hac schola et tota Saxonia tum docendo Theologiam
Philosophica, Historica, tum consilio, gubernatione et auctoritate, tum
scriptis omnis generis eruditissimis, meritus sit, ut ea post Deum
et Academia patronos plus inter docentes uni, quam Chytræo, debeat nemini.

34 A 11

Fuit in hoc viro divina naturæ bonitas: memoria admirabilis: ingenij ad
inveniendum et iudicandum vis rara et eximia: doctrina non solum theo-
logicæ, sed etiam Philosophicæ, Historiarum et caeterorum studiorum ac
facultatum, quibus alioqui singuli homines destinantur, copia et thesaurus incom-
parabilis; laboris et lucubrationum in legendo et scribendo studium inde-
fessum et penè incredibile: Nestorea quaedam vocis et dicendi suavitas:
docendi dexteritas singularis, quibus alia accesserunt virtutum ornamenta, vitæ
integritas, humanitas singularis, vera animi humilitas, de omnibus notis et igno-
tis benè merendi voluntas: et horum omnium fundamentum et basis, puræ
doctrinæ cœlestis conservandæ, et depositi Lutheri tuendi contra omnes fanaticos
sacramentarios et alios, veraque in DEUM fidei ardor. Neque vero hæc cuiquam
ignota sunt: omnia in oculis nostris posita fuerunt: testantur auditores: loquuntur
et loquentur monumenta ipsius varia: non diffitentur exteræ scholæ: theologi, Phi-
losophi et omnis generis eruditi viri, CHYTRÆO summæ eruditionis et praecla-
rorum meritorum testimonium perhibent: novit hoc et sentit, non solum hæc
Varni schola, sed Saxonia et Germania universa, ne dicam exteras regio-
nes et regna. Quod enim ita fit, neque fieri aliter debet neque potest, virtutibus
et donis ipse divinis, inprimis verò scriptis omnis generis er[...]ditis, eam famam
iam ferè ab ineunte laborum suorum curriculo consecutus est, quam non Ger-
mania sed propemodum Europæ fines terminarunt: eam verò authori-
tatem apud omnes nostros et nostri sui ordinis homines, ut tum alij eruditi, tum
theologi inprimis æquales et cum illo educati, cum tanquam majorem co-
lerent: minores ætate, quique iam florent in nostris Ecclesijs et Academijs ple-
rique, præceptorem nominent et venerentur: ipsi Comites, Principes, et Reges;
et nostri inprimis Illustriss. Principes et Domini, Dn. JOHANNES ALBERTUS,
fœlic: mem. et Dn. VLRICUS, Duces Megapolitani, Academiæ nutricij
clementissimi, singulari illum amore et clementia prosecuti sint. Neque enim so-
lum hæc Academia vehementer olim nutans et penè collapsa, CHYTRÆI
tum primum adventantis, inter alios tanquam Coriphæi autoritate, assentien-
tibus eius aliorumque consilio benignè Patronis, restituta, et imposterum eius-
dem industria, doctrina et fama, majorem celebritatem et incrementum accepit:
sed etiam ex hac schola eundem aliquoties, ad Scholarum aliarum funda-
tionem, ad Ecclesiarum Visitationem, ad reformationem doctrinæ principes
quidam atque Ordines in longinqua loca evocarunt. Nota est eius profectio
in Austriam: et alio tempore in Stiriam: evocatio ad Visitationem in
Palatinatum: invitatio ad professionem in Daniam: nec non Francofurtum;
item et Argentoratum: nota per eum descripta Academiæ Juliæ constitutio:
notum illud denique Concordiæ nostrarum Ecclesiarum Symbolum, cui primum
conficiendo cum alijs quinque adhibitus, ultimus ex illis in Academiam cœlestem
migravit. Quamobrem quod de Elia Elisæus plorans clamat, Currus et au-
riga Israel, idem meritò de CHYTRÆO dicimus, Currum et aurigam
huius Academiæ, cuius similem nunquam neque habuerit, neque fortè recuperatura
sit, abijsse. Quæ equidem Academia si flendi et loquendi illi potestas con-
tigisset, domicilia sua et subsellia ad lugendum excitaret, et clarissima voce
et hæc et alia innumera Chytræi merita prædicaret, et ingentem de morte eius
contestaretur dolorem. Eadem tamen in luctu suo hoc divinum beneficium
agnoscit et prædicat, quod hoc divini ingenij et doctrinæ lumen in sui medio accen-
derit, et iam per tot annos ex hac toto radios in dissita loca spargere voluerit:
quodque hoc viro non modo juvene sed et sene frui sibi licuerit. Quod enim de
senibus dici solet, verè de hoc sene dicitur: Umbra senis plus potuit quam gla-

tini iuvenis. Quod ad coniugium et familiam illius attinet, quoniam et ho-
rum mentio in ultima exequiarum honore fieri, et solet et par est: primum quidem
coniugium contraxit cum honestissima et primaria virgine Margareta, Muli-
ebris Matronalis gemma, prudentissimi et amplissimi viri Dn. M. Lauren-
tij Smedes Senatoris Rostochiensis filia: ex quo annos 18. durante suscepit
liberos: Barbaram, Margaritam, Sophiam primam, Reginam, Sophiam secun-
dam, Davidem primum et Matthaeum, quorum duae tantum filiae ad maturā
aetatem et coniugij fructum pervenerunt, altera quidem adhuc superstes Mar-
garita Reverendo et cla: viro, Dn. JOHANNI FREDERO, S. Theologiae
Doctori et professori, Dioeceseos Megapolitanae Superintendenti et hoc tempore
Academiae nostrae Rectori Magnifico: altera vero Regina Magnifico et cl. viro
Dn. JOHANNI GEORGIO GODELMANNO, consiliario iudicij Dresdensis
amplissimo, elocata, quae tamen patrem, ante annum ferè ex hac vita migrās,
antecessit. Defuncta vero prima hac uxore, alteram duxit, priori ō[illegible]
[illegible], natam ex clariss. viro M. Conrado Pegelio, praeceptore olim illustriss. prin-
cipis et Domini, Dn. MAGNI, Megapolitaniae ducis, et post Academiae huius
per multos annos professore, Cl: viri D. MAGNI Pegelij Medicinae Doctoris et Ma-
thematum in hac Academia Professoris sororem: ex qua vitae socia et laborum
ac senectutis levatrice dulcissima, liberos quatuor, Davidem II. et Annam
ijsque in infantia mortuis duos adhuc superstites eximiae indolis et profectus et
magnae spei filios VLricum et Davidem CHYTRAEOS, tanquam senectutis ba-
culos, seni DEVS largitus est. Quoniam vero tota eius aetas laboribus ferè et
lucubrationibus assiduis fuit defatigata, eo factum est, ut iam per continuos prope
12 annos, cum morbis subinde conflictatus, majorem paulatim corporis imbecil-
litatem attraxerit, et biennio proximo saepius lecto affixus fuerit. In qua diu-
turna infirmitate et dolorum acerbitate, ut et in alijs crucis generibus, tan-
tam eius patientiam, constantiam et doloris dissimulationem vidimus, quanta vix in
alio quoquam animadversa est: ut ipse verè de se hoc saepè dicere solitus sit,
Nullum se efficacius et animi et corporis morborum habere remedium quam
patientiam et quietem. Neque vero in hoc morbo diuturno quicquam magis
agitavit animo aut in sermonibus et ore crebrius habuit, quam quomodo hanc
vitam, quam pulcherrime egerat, benè beateque concluderet, sicut et voces
et pagellae iam ante aliquot annos, cum sibi de vita periclitari videretur,
editae et nunc quoque semper in manibus et ore et auribus eius versatae testantur.
Interrogatus etiam à pastore cum ab eo, die mortem antecedente, corpus et
sanguinem Dominicum acciperet: an in confessione sua de omnibus articulis
fidei libris à se editis comprehensa, et nuper in Consistorij Megapolitani
formula scripto repetita constanter perseveraturus esset: affirmative cum
magno zelo respondit. Aucto autem paucis hisce diebus praeter suorum opi-
nionem morbo, et in catharrum vehementem degenerante, pie et placi-
dissime expirans sanctam animam Christo reddidit die 25. Junij circa
horam 12. noctis sequentem diem inchoantem, cum vixisset annos 70. septima-
nas 16. et huius Scholae membrum et praeceptor fuisset annos ferme 50.
Cum vero hodierno die huius summi et sancti viri corporis exuviae in tumu-
lum inferendae sint in templo Jacobaeo hora duodecima, quemadmodum ipsi
Praeceptori et Collegae nostro, quem in vita coluimus et carissimum habuimus
ultimum deducendi funeris honorem libenter exhibere et volumus et debemus:
ita reliqua Academiae membra, studiososque omnes et singulos ad idem offici-
um, quod quidem absque dubio sponte et libenti animo omnes facturi sunt, praestandae
pietatis et honoris causa invitamus et hortamur. P. P. Rostochij XXIX
Junij Anno 1600.